Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Antiphonarium [Aus drei Handschriften] - Cod. Karlsruhe 1625

Antiphonarium - Karlsruhe 1625 - Laudes Mariae

**Bèze, Théodore**

**1588**

Bèze, Théodore de: Johannis Calvini vita

urn:nbn:de:bsz:31-75288

Visual Library

# JOANNIS CALVINI
# VITA,
à
## THEODORO BEZA,
*Genevenſis Eccleſiæ Miniſtro, accurate deſcripta.*

SI quis erit qui me alio quam tuendæ veritatis ſtudio exiſtimet ad hanc Joanni
vitam deſcribendam acceſſiſſe, facile me ut ſpero, ab hac calumnia præſens re
humanarum ſtatus vindicabit. Vix enim ullum eſt brevius ad omnem calamita
compendium, quam virtutem laudaſſe: extremæ vero dementiæ fuerit, quod m
poſſis vel uno ſilentio redimere, id ultro tibi acerſere. Quod ſi ne virtutem quidem i
impune prædicare patiuntur ſcelerati, quid iis expectandum eſt, quibus pietatem,
quiddam ipſa virtute ſuperius, prædicare propoſitum eſt? cui non improbi tantum
nes adverſantur, ſed etiam plerumque ii ipſi bellum indixerunt, qui maxime pro
ac interdum eſſe ſtudent. Nec enim ullos habet pietas acriores inimicos, quam
qui falſam religionem pro vera ſerio ſunt amplexi. Sed iſta me quantumvis in
ribilia, minime tamen perculerunt. Turpe enim fuerit malorum metu b
ſuperſtitioſorum clamoribus oppreſſam Religionis vocem conticeſcere. Q
cipiat, longe aliud eſſe Calvini vitam ſcribere, quam veritatem defendere, fa
ego longe aliud eſſe hominem quam veritatem: ſed hoc tamen dicere non er
temere dictum eſſe ab eo qui eſt αὐτοαλήθεια: *Sicut miſit me pater, ita & ego mitt
vos audit, me audit.* Clamitent igitur homines, tum qui id ſibi per ignoran
runt, tum qui per improbitatem ſic loquuntur, Lutherum, Zuinglium, Cal
pro diis haberi, qui tamen quoties libet, Sanctorum cultores ut idololatra
mus. Clament, inquam, iſti quantum & quamdiu volent, Habemus quod ill
nempe longe aliud eſſe, vere ſanctorum hominum labores pro Religione ſuſ
denique & facta commemorare (quarum rerum cognitione boni meliores
probi vero redarguantur, qui nobis unus eſt ſcopus in hoc ſcriptorum gene
ipſi faciunt, partim vere Sanctorum hominum vitam non minus impiis quam
tionibus (ut quod Abdias ille neſcio quis in Apoſtolorum hiſtoria fecit) ded
tim ex putidiſſimis mendaciis fabuloſas hiſtorias (quas vulgo Legendas Aureas
cabulo, ego Ablegandas Stercoreas appello) conflare, ac tandem etiam veter
idola mutatis tantum nominibus in uſum revocare. Tam igitur abſumus ab iſti
rum cultoribus, quam tenebræ luci repugnant. Illud enim ſeveriſſimis additis c
tionibus prohibet Dominus: nos Deo jubenti, in ipſius opera corporis & ment
intendere, obſequimur. Nemo enim eſt opinor, qui non homines inter omnia Dei
& rurſum inter cæteros mortales eos qui ſanctitate ſimul ac doctrina pollent,
nobis cognoſcendos & obſervandos eſſe fateatur. Non temere certe Daniel ſtelli
parat ſanctos Dei homines, qui felicitatis iter ſuo ſplendore cæteris commonſtrer
rum fulgorem qui totum extingui morte patiuntur, digni ſunt quos tenebræ, rurſum
quam antea denſiores invadant. Cæterum ne illos quidem placuit imitari, qui dum
& πανηγυρικὸν illud dicendi genus ſectantur, veritatem non tam exornarunt, quam ſuſp
nonnullis reddiderunt. Itaque non quam ornate, ſed quam vere ſcriberem lab
ſimplici potius narratione utendum putavi.

Natus eſt JOANNES CALVINUS Novioduni Veromanduorum, aut certe pr
rum Veromanduis finium, oppido celebri, Anno à Domini nativitate M. D. IX.
Julii, Patre Gerardo Calvino, matre Joanna Franca, utroque honeſtæ famæ &
cribus facultatibus parente. Erat is Gerardus non pauci judicii & conſilii homo
que nobilibus ejus regionis pleriſque charus: quod in cauſa fuit, ut inter Mommorio
familia illic fuit nobilitate præcipua inſignis) liberaliter admodum, paterno tamen
Calvinus filius à prima pueritia educaretur. Eos deinde Lutetiam ſtudiorum grat
tus, Præceptorem habuit in Gymnaſio Marchiano Maturinum Corderium, ſpecta
probitatis tum eruditionis virum, & inſignem ſemper habitum in omnibus fere
ſcholis juventutis erudiendæ Magiſtrum: Genevæ demum, eo ipſo anno quo Calvin
Nonas Septembris mortuum: quum annum agens octuageſimum quintum, eo d
munere in hoc Gymnaſio Genevenſi fungeretur. Tranſlatus deinde in Gymnaſium ab
monte cognominatum, Hiſpanum habuit doctorem non indoctum: à quo, excul
ingenio, quod ei jam tum erat acerrimum, ita profecit, ut cæteris ſodalibus in
maticès curriculo relictis, ad Dialecticès & aliarum quas vocant, artium ſtudium
retur. Deſtinarat autem eum pater ab initio Theologiæ ſtudiis, ad quæ ultro illi

quam teipſum quærenti Dominus maledicat. Hac terribili denun
ſeſe Presbyterii & Magiſtratus voluntati permiſit: quorum ſuffragiis,
ſenſu, delectus non Concionator tantum (hoc autem primum recuſa
rum literarum Doctor, quod unum admittebat, eſt deſignatus Anno Do
menſe Auguſto. Atque idem hic annus inito inter duas civitates Be
arctiori fœdere, & Lauſannæ ad Chriſtum acceſſione, habita adverſus
diſputatione, cui Calvinus quoque interfuit, celebratus eſt. Tunc edita e
ſtianæ doctrinæ quædam veluti formula, vixdum emergenti è Papatus ſor
Eccleſiæ accommodata. Addidit etiam Catechiſmum, non illum in quæſtio
ſiones diſtributum, quem nunc habemus, ſed alium multo breviorem, præci
nis capita complexum. Aggreſſus deinde cum Farello & Coraldo, pleriſque
timiditate turbas fugientibus, nonnullis etiam, quæ maxima Calvini ſolicitudo fu
opus Domini impedientibus, Eccleſiam componere, à civibus primum omnium
dit, ut coactus populus univerſus, ejurato palam Papatu, in Chriſtianam Relig
ac diſciplinam paucis capitibus comprehenſam juraret. Quod etſi non pauci recuſare
in urbe vixdum ex Sabaudi Ducis retibus, & Antichriſti jugo liberata, & multis adhuc
nibus æſtuante, dedit tamen Dominus vigeſima Julii Anno M. D. XXXVII. ut palam
eunte publico Scriba, à Senatu Populoque Genevenſi in Chriſtianæ Religionis ac
plinæ ſimul capita juraretur. Iſtis verò exacerbatus Satan & fruſtra, quod per ex
hoſtes infinitis modis tentarat, efficere ſeſe pietatis obtentu ratus, primum omniun
baptiſtas, deinde Petrum Caroli de quo mox dicemus; oppoſuit, qui opus iſtud Do
ſive quod illud qualecunque jam erat, ei magnopere ingratum eſſet, ſive quod ea quæ
conſecuta ſunt proſpiceret, non interturbarent modo, verum etiam deſtruerent pr
atque ſubverterent. Sed anteverterat Satanam Dominus, quod ipſe rei eventus d
Anabaptiſtas enim Calvinus & Collegæ publica liberaque diſputatione convocatos,
vitate ex uno Dei verbo confutarunt decimo octavo Martii Anno M. D. XXXVII, ut
raræ cujuſdam fuit felicitatis, ab eo tempore vix unus aut alter in hac Eccleſia appar
Alter Eccleſiæ turbator, P. Caroli nomine, majores & diuturniores turbas dedit, q
duntaxat ſummam recenſebo, quod tota hujus certaminis hiſtoria extet, & ex q
Calvini ad Grynæum epiſtola colligi poſſit. Iſtum gnaviter impudentem Sophiſtam
Sorbona quæ pepererat, poſtea tanquam hæreticum, non ita de ipſa meritum ejecit.
igitur ille primum quidem Genevam, inde Lauſannam, poſtea Neocomum: Satanæ
ritu uſque adeo ubique comite, ut quocunque veniſſet, certa ſuæ turpitudinis imp
veſtigia relinqueret. Ubi ſe videbat à noſtris argui, ad adverſarios tranſibat: ab illis rur-
ſum ad noſtros, ut illius artes aperte deſcriptæ extant prolixa quadam Farelli ad Calvi-
num epiſtola. Tandem igitur aperte cœpit optimum quemque, & quidem inprimis Fa-
rellum, Calvinum, Viretum, quaſi de Sacra Triade minus recte ſentientes criminari. Ha-
bita eſt ea de re Synodus Bernæ valde frequens, in qua damnatus calumniæ P. Caroli pau-
latim poſtea defecit, tandemque Mediomatrices ſubornatus venit, ut opus Domini quod
feliciter illic Farellus inchoarat, impediret. Inde ſcripta epiſtola pios aperte laceſſivit, ut
Apoſtaſiæ ſuæ plena ſpe facta, beneficium aliquod canis famelicus obtineret. Romam au-
tem nihilominus remiſſus, ut coram ipſi Beſtiæ ſatisfaceret, ibique cum ludibrio exceptus,
premente inopia & Gallica ſcabie, vix in Xenodochium receptus, ſtipendium tandem
peccati, mortem videlicet à filio peccati retulit. Et hic quidem fuit illius infelicis exitus.
Interea Calvinus, anno videlicet M. D. XXXVII, quod multos in Gallia videret veritatem
quidem intus probe noſcentes, ſibi tamen indulgentes, quaſi Chriſtum animo colere ſatis
eſſet, etiamſi Papiſticis ſacris intereſſent, duas elegantiſſimas epiſtolas edidit: Unam de fu-
gienda idololatria Nicolao Chemino, quo amico & hoſpite uſus Aureliæ plurimum fuerat,
Officiali poſtea Cenomanenſi deſignato: Alteram de Papiſticis Sacerdotiis, Gerardo illi
Ruffo, cujus antea memini, quique Abbatia quadam ac deinceps Epiſcopatu, poſt editum
illum Pariſienſem tumultum donatus, non modo poſtea ſatis rectum curſum non tenuit,
verum etiam heram ſuam Navarrenam Reginam paulatim peſſum dedit. Cæterum hæc illum
M. D. XXXVIII. agentem graviſſimæ domeſticæ ſeditiones exceperunt. Admiſſum fuerat in urbe, ſicut
antea diximus, Euangelium, & papatus ejuratus. Sed extruſa ſimul à pleriſque non e-
rant indigna multa flagitia, quæ in ea urbe Canonicis & impuro illi Clero tot annos addicta,
diu viguerant: & veteres, inter quaſdam primarias familias, inimicitiæ bello Sabaudico
ſuſceptæ, adhuc exercebantur. Quibus leni primum admonitione, deinde graviori adver-
ſus refractarios increpatione tollendis, quum nihil proficeretur, & eo uſque malum pro-
ceſſiſſet, ut Civitas privatorum quorundam factione in diverſas partes ſcinderetur, & non
pauci ſeſe in ordinem juratum redigi nullo modo paterentur, eo tandem deveniendum fuit,
ut magno heroicoque Spiritu præditi Farellus, & Calvinus cum Coraldo Collega (quem
quum ut antea diximus, ſtrenue Lutetiæ pro veritate depugnaſſet, Calvinus Baſileam, in-
deque Genevam poſtquam illic ipſe conſtitiſſet, perduxerat) aperte teſtarentur, ſeſe
Cœnam Domini tam inter ſe diſcordibus, & ab omni Eccleſiaſtica diſciplina alienis civibus,
rite celebrare non poſſe. Accedebat & aliud malum, quod videlicet in quibuſdam ritibus
Eccleſia Genevenſis à Bernenſi diſcreparet. Utebantur enim Genevenſes pane communi,

& Bapti-

periès, quem uterque Periclem vocat. Interea peſtis in urbe deſæviens multos bonos tolle-
bat. Calvinus autem ex ſuggeſtu in nonnullorum flagitia, ac præſertim adverſus ſcortatio-
nes quæ ne tum quidem deſinere poterant, pro viribus detonabat, bonis quidem adſentien-
tibus, ſed paucis quibuſdam δημαγωγοῖς bonorum conatus infringentibus, donec ipſi ſeſe ultro,
ſicuti ſuo loco dicetur, præcipites dederint. Accedebat denique ad hæc mala, quod tum
quoque non deeſſent parum illæ quidem tempeſtivæ de jure Civitatis diſceptationes: nec
pati poſſent aliunde fideles paſtores Eccleſiaſtica bona pontificiis erepta non ſic ut oportuit
pleriſque locis adminiſtrari. Multi tunc clamores, multæ querelæ, multi denique ſcribendo
ac loquendo labores, ſed fruſtra plerumque ſuſcepti: aperte quidem profitente Calvino, ſe
quidem tot ſacrilegiis minime favere, quæ divinitus tandem ſciret ſeveriſſime vindicanda,
ſed in eo tamen juſtum Dei judicium agnoſcere, quod bona tam male prius à ſacrificis ac-
quiſita, non ſineret Dominus Eccleſiarum ærariis inferri. Alia præterea duplex ſolicitudo
Calvinum eodem hoc anno domi ſimul & foris exercuit. Redierat tum Genevam patriam
ſuam veterator quidam, quamvis adhuc juvenis, poſtquam aliquamdiu Eremitam in Galli
ſimulaſſet. Eum pietatis ſpeciem initio præ ſe ferentem Calvinus (homo ſi quiſquam alius in
deprehendendis aliorum ingeniis ſagacis ſolertiſque judicii) quum mox agnoviſſet, admo-
nere primum ac mox liberius etiam, poſtea ambitioſe nimium in congregationis cœtu ſeſe
efferentem increpare cœpit Hoc ille non ferens, reperit facile ex iis in quorum ſcelera in-
vehi ſolitus erat Calvinus, quorum favore & ſtudio adjuvaretur: adeo ut quum forte ageretur
de paſtore in mortui locum ſubrogando, palam ille cum ſuis ſacrum Miniſterium ambiret.
quid multis? interpoſita ſua auctoritate jubet Senatus iſtius rationem haberi. Obſtitit cum
ſuis collegis Calvinus, & quantopere hic ambitus verbo Dei repugnaret, oſtendit: obtinuit-
que bona cum Senatus venia, ut ſcriptis Eccleſiaſticis legibus ſtaretur. Erant tunc quoque
in Galliis nonnulli qui perſecutionum metu initio lapſi euſque, poſtea ſibi placere cœpe-
rant, ut eos negarent peccare, qui in veram Religionem intenti, corpore duntaxat Pontifi-
ciis ſacris intereſſent. Hunc igitur perniciosiſſimum errorem jam olim à patribus damnatum
Calvinus, cujus illi ſeveritatem nimiam eſſe cauſabantur, & ſcripto luculento refutavit, &
adjunctis doctiſſimorum Theologorum Philippi Melanchthonis, Buceri, P. Martyris, &
Eccleſiæ Tigurinæ ſententiis ita coërcuit, ut ab eo tempore piis omnibus fœtuerit Nicode-
mitarum nomen: Ita enim illi vocabantur, qui errori ſuo ſanctiſſimi viri illius exemplum
prætexerent. Hunc annum alius nihilo mitior excepit. Præterquam enim quod adverſus M.D.
frequentes nuntios de Cæſaris adverſus Religionem molitionibus, & Pontificis fraudes, XLVI.
quo ſummiſſos incendiarios ferebant, confirmandus erat civium animus, deplorandus erat
in eo præcipue civitatis ſtatus, quod tantum abeſſet ut improborum petulantia tot ferulis
domari ſe pateretur, ut contra magis efferretur, adeoque prorſus erumperet. Erant enim
ducem nacti vaniſſimum quidem, ſed audacem & ambitioſum inprimis (quem idcirco Cal-
vinus Comici Cæſaris nomine in ſuis Epiſtolis deſignat) Amedeum Perrinum nomine, hoc
etiam jampridem conſecutum, ut Generalis Capitaneus populi ſuffragiis crearetur. Is ratus
id quod res erat, ſtare ſe ſuique ſimiles, vigentibus legibus, ac præſertim Calvino aſſidue
adverſus eorum laſciviam detonante, non poſſe, tandem quid una cum ſuis meditaretur,
aperte hoc anno prodere cœpit. quod quum animadverſum ſimul ac repreſſum fuiſſet Sena-
torum auctoritate, tacuit ipſe quidem, ſed ita ut mox apertius improbitas ſeſe proderet.
Ecce enim paulo poſt ex ipſo Senatu quidam, in hominum cœtu ſatis frequenti, Calvinum
ut falſa docentem corripit, à duobus ex paſtorum collegio (ut exiſtimatur) clanculum impul-
ſus, ebrioſo utroque, nec minus quam cæteri ſeveritatem legum metuente. Et hunc quidem
latratum Calvinus nihil eſt moratus. Vocatur tamen ille in jus, cognitaque cauſa ex S C. in-
famiæ damnatur, conjunctique duo illi falſi paſtores exauctorantur, ipſaque adeo œnopolia
interdicuntur; tantum abeſt ut malorum improbitas quicquam valuerit. Quod autem incen- M.D.
dium hoc anno repreſſum fuerat, eo qui proxime ſequutus eſt, nempe quadrageſimo ſeptimo XLVII.
ſupra ſeſquimilleſimum prorſus erupit, nec aliud tempus eo ſeculo magis calamitoſum inci-
dit: Germaniæ Eccleſiis eo redactis, ut una cum proceribus & urbibus partim ſeſe ultro
dedentibus, partim vi captis, uno momento everſum videretur, quicquid tot annis tanti que
laboribus extructum fuerat, iique demum beati à pleriſque haberentur, quos iſtis tum
tibus tempeſtiva mors eripuiſſet. His publicis tot Eccleſiarum calamitatibus quantopere
pium illud pectus cruciatum exiſtimabimus, non aliter etiam in media pace in Eccleſias
quantumvis remotas affectum, quam ſi omnes illas humeris impoſitas geſtaret? Quid vero?
Quum ſummos illos viros quos amiciſſimos habuit, Philippum dico, Bucerum, Martyrem
videret ita periclitantes, ut morti quam vitæ propiores eſſent, quantis eum doloribus con-
flictatum putabimus? Fortiſſimo tamen animo Calvinum tempeſtates iſtas ſuperaſſe, tum
ipſius ſcripta teſtantur, tum etiam res ipſa comprobavit: quum domi multo acrius ab im-
probis vexatus, ſuo tamen ex illo gradu ipſis ne tantillum quidem ceſſerit. Itaque ut ad do-
meſtica certamina redeam, quum in eo totus eſſet, ut Euangelium quod annuntiabat, oſten-
deret non in ſpeculatione quadam, ſed in ipſa Chriſtiana vita poſitum eſſe, hoſtes eos neceſ-
ſario expertus eſt, qui omni pietati ac honeſtati, ipſi denique patriæ bellum indixerant.
Eorum ut ante diximus, facile princeps erat Perrinus ille, quum ea tum eſſet & illius & ſuo-
rum conditio, ut & ab ipſis extrema quævis tentanda conſtaret, & improbi aperte inſtarent,

ut

ut iſtorum omnium cognitio à Presbyterio ad Senatum transferretur. Presbyterium ex ad-
verſo urgere, ſancitas de Eccleſiaſtica diſciplina leges verbo Dei conſentaneas, ipſiuſque
adeo Senatus opem implorare, ne quid detrimenti acciperet Eccleſia. Judicavit Senatus
ratas eſſe Eccleſiaſticas leges oportere, illudque reipſa confirmavit. Ac tandem quum ille
ſua audacia ſeſe in extremum diſcrimen conjeciſſet, exitus totius rei is tum quidem fuit, ut
Senatu motus, abrogatoque Capitanei nomine privatus viveret. Hæc autem omnia, etſi
coram Magiſtratu agebantur, dici tamen non poteſt, quantopere Calvinum exercuerint:
ſiquidem euſque ſemel in ipſa Curia coactis Diacoſiis deventum eſt, ut pene exertis jam
enſibus, parum abfuerit quin mutuis cædibus Curiam ipſam cruentarent: quam ſeditionem
Calvinus cum collegis ſuperveniens, oppoſito inprimis ſuo ipſius capite inhibuit, quanquam
ſceleratorum factio in illum præcipue ferretur: ipſo nihilominus eorum ſcelera pergente
graviſſime deteſtari, eoſque graviſſime prout merebantur increpare. Neque vero vana fuit
judiciorum Dei denuntiatio. Siquidem per id tempus quidam famoſum libellum ſcripſiſſe,
& ſacro pulpito adfixiſſe deprehenſus, in quo tum alia multa nefaria in ſacrum Miniſterium,
tum etiam illud ſcriptum erat, Calvinum eſſe in Rhodanum præcipitandum, cauſa dicta
infinitarum aliarum blaſphemiarum præter expectationem convictus, capitis ſupplicio
affectus eſt. Quinetiam poſt ejus interitum inventus eſt libellus, ipſius manu adverſus Moſen
ipſumque adeo Chriſtum ex profeſſo ſcriptus, quo impietatis ſcelere dubium non erat, quin
alios etiam aliquot infeciſſet. Scripſit autem hoc ipſo anno in mediis illis certaminibus Cal-
vinus Antidotum adverſus Tridentini conciliabuli ſeſſiones ſeptem: itemque Rotomagen-
ſem Eccleſiam miſſis literis adverſus Franciſcani cujuſdam fraudes, renovatorum à Liber-
tinis Carpocratis errorum venenum ibi ſpargentis, confirmavit. Anno ſequente, id eſt,
M.D. XLVIII. quadrageſimo octavo ſupra ſeſquimilleſimum, erupit ejuſdem illius factionis malum, iis
(quod pene incredibile eſt) maxime abutente Satana, qui tamen præcipue mederi malis iſtis
ſtudebant, Farello nempe & Vireto. Qui ineunte ſtatim anno quum Genevam veniſſent,
& orationem in Senatu graviſſimam de componendis diſſidiis habuiſſent, Calvino quidem
nihil aliud quam emendationem morum poſtulante, Perrino vero cum ſuis nihil non ſimu-
lante, ut priſtinum locum reciperet, tum quidem viſa ſunt omnia compoſita, ſed bonis
viris impoſitum potius fuiſſe, res ipſa mox comprobavit. Perrino ſiquidem reſtituto, eo
uſque ſeſe extulit ſceleratorum improbitas, ut thoracibus etiam quibuſdam in crucis modum
diſſectis, quibus ſeſe mutuo agnoſcerent, palam uterentur, & alii ſuis Canibus Calvini no-
men imponerent, alii Calvinum in Cainum transformarent, non pauci denique illius odio
abſtinere ſe à Cœna Dom. teſtarentur, quæ omnia quum fortiter ille & collegæ ipſius repre-
henderent, vocatis in Senatum, vicit quidem facile bonorum innocentia: tandemque
XVIII. Dec. ſolenni jurejurando ſancita rurſum eſt ἀμνηστία. Sed hæc omnia per ſimulationem
facta fuiſſe, nec aliud tum quæſiviſſe Perrinum, quam ut Syndicatum adeptus, aditum ſibi
& ſuis ad omnia perdenda magis ac magis patefaceret, eventus comprobavit. Calvinus au-
tem iſtis concertationibus non modo non ceſſit, verumetiam quaſi in otio ſex Epiſtolas Pauli
doctiſſimis commentariis illuſtravit: & Interim illud quod vocant, peſſundandis Germani-
cis Eccleſiis editum, graviſſimo ſcripto refutavit, veramque inſtaurandæ Eccleſiæ rationem
oſtendit: Aſtrologiæ denique quam judiciariam vocant, cui pluſculum tribuere non pauci
videbantur, falſitatem atque vanitatem elegantiſſimo libello patefecit. Tum quoque à Bren-
tio Baſileæ exulante literis ſalutatus, amiciſſime illum conſolatus eſt, in qua conjunctione
utinam perſtare Brentius inſtitiſſet: Bucerum in Anglia exulantem tunc quoque ingenue
monuit, ut magis perſpicue de Cœna Domini ſcriberet ac loqueretur, & amiciſſime ſolatus
eſt. Simulque Sommerſetum Ducem Angliæ protectorem, indigniſſima poſtea morte affe-
ctum, accurate ſcriptis literis eorum admonuit, quæ ſi tum eſſent in illo regno animadverſa,
multas fortaſſe tempeſtates Eccleſiæ Anglicanæ devitaſſent. Creſcebat in iſtis certaminibus
mirabiliter Eccleſia Genevenſis, quod ut mirum in modum Satanam & malos angebat, ita
Calvini excipiendis pro Chriſti nomine exulibus intenti ſtudium vehementer acuebat: cui
ſolicitudini ſic favit anno conſequente Dominus, ut etſi non extincta prorſus, attamen ad
tempus ſopita furioſorum improbitas videretur. Et ſane induciis egebat ille, præſertim caſu
domeſtico graviter afflictus: amiſſa videlicet uxore lectiſſima femina, quem tamen caſum ita
conſtanter tulit, ut hac etiam in re ſingulare fortitudinis exemplum toti Eccleſiæ præbuerit.
M.D. XLIX. Eodem hoc anno, exorta in Saxonicis Eccleſiis contentione de rebus Adiaphoris, quum à
Calvino quoque conſilium peteretur, ſententiam hac de re ſuam libere expoſuit: Philippo
etiam officii admonito, quem nonnulli ut in eo molliorem accuſabant, immerito id quidem,
ut accuratius poſtea Calvinus cognovit. Tum enim erat ignotum quo animo malus ille ge-
nius, & tota Flaccianorum cohors impelleretur: quæ tot poſtea turbas dedit, & nunc quo-
que opus Domini labefactat, non aliter ſane, nec minus impudenter ac furioſe, quam ſi ab
ipſo Rom. Pont. magnis ſtipendiis eſſet conducta. Cæterum hoc Eccleſiis Germanicis in-
flictum vulnus contrario beneficio Dominus apud Helveticos compenſavit, Farello ſimul
ac Calvino Tigurum profectis, ut quum viſus eſſet quibuſdam Calvinus conſubſtantiationi
nonnihil favere, de communi in ea re omnium Helveticarum Eccleſiarum conſenſu omnibus
liqueret. Neque vero difficile factu fuit, ut inter bonos & veritatis amantes conveniret.
Scripta eſt igitur ſumma omnium Helveticarum & Rheticarum Eccleſiarum approbatione
con-

one bis
t, Lu-
troque
retur,
s Euan-
transi-
interea
t, pu-
diſſidiis
ucidum
s appa-
udicio
etæ,
aſqui-
alvino
etiam
æ. Etſi
nen qui
peccati
no jam-
& ſim-
iebatur.
dverſus
tes no-
c quo-
n acer-
ate ali-
verſia:
taturus
ſultus,
onten-
eritatis
n etiam
ed nec
teſtem
quam
npeti-
latum
qui

ſatione territus Calvinus,
accedente plebis con-
rat) ſed etiam Sacra-
omini M. D. xxxvi.
ernam & Genevam
Pontificios libera
t à Calvino Chri-
dibus Genevenſi
ſpon-
io-
llegis
, clam
conten-
ionem
nt, ut
factio-
præ-
diſci-
ternos
Ana-
mini,
poſtea
orſus
ocuit.
a gra-
quod
uerit.
iarum
iadam
mater
Venit
Spi-
reſſa

…cclesia reconciliatio…
ubi contra quam ſperarat Eccleſias affligi anim…
gelii manifeſta defectione ( uxore quoque Canonicis Auguſtodunenſibus p…
vit, unde nunc etiam quibus poteſt maledictis veritatem proſcindit. At…
Collegium Miniſtrorum in publico cœtu veram de prædeſtinatione doctri…
blicoque ſcripto deinceps à Calvino comprehenſam comprobavit: hoc unu…
conſequuto Satana, ut caput hoc Chriſtianæ Religionis antea obſcuriſſimum, …
M. D. LII. perſpicuumque cunctis non contentioſis evaſerit. Anno vero deinceps ſequuto mag…
ruit quantam flammam accendiſſet impurus ille, licet communi tot Eccleſiarum …
damnatus. Etenim tum ipſa Quæſtionis nondum antea ſatis à pleriſque veteribus exp…
nec eodem ſemper exitu agitatæ difficultas, curioſa præſertim ingenia ad hoc ipſum …
rendum accendebat, tum factioſi præclaram ſibi oblatam occaſionem ad omnia C…
ejecto ſubvertenda putabant. Itaque dici non poteſt quæ non in urbe tantum, veru…
ultro citroque veluti ſi claſſicum ipſe Satan ceciniſſet, contentio…s ſint conſ…
enim pulchre inter præcipuarum Eccleſiarum paſtores conveniebat, non deer…
in vicinis Bernenſis ditionis Eccleſiis Calvino litem intenderent, quaſi Deum f…
authorem; parum certe memores hoc ipſum peſtilentiſſimum dogma fuiſſe à …
pridem ex profeſſo adverſus Libertinos refutatum. Baſileæ vero Caſtellio bon…
plex homo, etſi clanculum fere agebat omnia, tamen non obſcure Pelagianiſmu…
Quin etiam his de rebus ita ſcribere cœperat Philippus, ut quamvis antea Calvini …
Pighium libro diſerte ſubſcripſiſſet, tamen Genevenſes quaſi Stoicum Fatum inveher…
tare quibuſdam videretur: Pontificios omitto, eaſdem calumnias millies refutatas nu…
que repetentes. Pungebant iſta graviſſime, ſicut par erat, illius animum, & eo quide…
bius, quod ea fuit interdum per id tempus erroris efficacia, ut publica etiam auctori…
cubi obſtructum os veritati videretur. Neque hæc fuit paucorum annorum …
ſed hoc anno inprimis bonus ille Eremita, quem ſupra diximus, cum Calvino di…
prodiit, qui aliquot ante annis, quum Miniſterium ambiret repulſam paſſus, Jur…
& factioſorum patronus evaſerat. Cauſa coram Senatu agitata eſt magna utrin…
tione: illo quidem impudentia & malorum favore depugnante, Calvino vero …
auctoritate doctrinam ſuam tuente. Vicit ergo veritas, & Calvini ſcripta, ip…
quod mirum eſt adverſariorum ſuffragiis, ut pia & orthodoxa rurſum comprobat…
iſtius adverſarii aliquot poſt annis morientis reticenda eſt reſipiſcentia, cujus etiam …
Calvinum tanto ſtudio adhibuit, ut non aliter ſibi pacem conſcien… …onſtare diceret…
ſi Calvinum ſibi conciliatum moribundus agnoſceret, quem ante… …digne à ſe …
tum fateretur: Cui etiam Calvinus tum non modo non defuit, ſed benigniſſime con…
erexit, & ad extremum uſque confirmavit. Annus autem alter à ſuperiore, nemp…
quageſimus tertius ſupra ſeſquimilleſimum, ad exitum feſtinante factioſorum mal…
fuit turbulentus, ut non Eccleſia modo, verum etiam Reſpublica extremum diſcri…
rit. Siquidem eo uſque illi progreſſi ſunt, clamoribus, & minis, numero denique…
bonorum libertate, ut vetera de conſtituendis Senatoribus Edicta ( quo tamen …
boni etiam ſibi tanto melius deinde conſuluerunt, ita illis etiam favente D…
nonnullos ſenatu moverint, peregrinis exulibus à quibus ſe metuere diceban…
exceptis ſi quando urbe egrederentur enſibus, ademerint, adeo ut nihil ali…
retur, quam ut quum omnia in poteſtate haberent, quæ toties agitaverant …
rentur. Occaſionem autem, turbarum alteram quoque Satan tunc objecit. Ver…
ſacræ Triadis, id eſt, omnis veræ Deitatis hoſtis adeoque monſtrum ex omnibus…
vis rancidis & portentoſis hæreſibus conflatum Michaël Servetus, poſtquam aliq…
huc & illuc medicinam faciens oberraſſet, tectuſque Michaelis Villanovani nomi…
blaſphemias ſparſiſſet, edito tandem Viennæ Allobrogum ſpiſſo volumine ( cujus e…
fuit Arnolletus quidam Lugdunenſis Typographus, Corrector autem, ut in illis offic…
cant, Gulielmus quidam Guerotius factioſis Genevenſibus pridem deditus, ſed …
menſibus ut ſcortationis & aliorum flagitiorum pœnas vitaret, Geneva Lugdu…
fectus.) Eo inquam edito blaſphemiarum pleno volumine Servetus, eoque nomi…
cerem Viennæ conjectus, ac inde mox neſcio quibus artibus elapſus, Genev…
dam venerat, alio procul tranſiturus, niſi Dei providentia factum eſſet ut mox a…
vino, cui ille jampridem bene notus erat, Magiſtratum admonente, carceri fui…
patus. Quæ certamina tum, quantiſque de rebus ſuſcepta fuerint, …
pleniſſime poteſt. Fuit autem horum omnium iſte exitus, ut tandem p…
factioſorum unus tum Prætoris Aſſeſſor in aurem inſuſurraſſe quiddam …
lum perdito homini animum obfirmaret ) à vana illa ſua confidentia pr…
infinitarum blaſphemiarum ex omnium etiam Helvetica… …m Eccleſiarum …
tus, XXVII. Octobris, nullo edito pœnitentiæ ſigno, …elix vivus cremat…
rellus eodem anno eo uſque vi morbi fractus, ut à Calv… qui Neocomum ad e…

ſio, quæ præſertim D. Bulingerum cum Calvino, Tigurinamque Eccleſiam cum Ge-
i arctiſſimo vinculo magis ac magis colligavit, in qua etiam omnes adhuc perſtamus,
xtremum uſque favente Deo perſtituros nos ſperamus. Sic annus ille felix nobis
s eſt, ſi cum cæteris conferatur: cujus eo libentius memini, quod is mihi primæ ad
aſticas functiones vocationis meæ, vocante me Lauſannenſi Eccleſia, impellente
...nitium fuerit. Scripſit quoque per id tempus binas eruditiſſimas epiſtolas
...nenſi Tiguri diu verſato, ac tandem etiam mortuo. Ex iis vero quod fue-
..., nempe plane Academicum, facile quivis dignoſcet; res autem ipſa ſero
... ejus obitum patefecit: quum Eccleſias peragrans, ac doctiſſimum quemque,
...primis Philippum, Calvinum, Joach. denique Camerarium (à quo in Philippi
honorifico teſtimonio, contra quam mereretur, ornatus eſt) feſelliſſet. Siquidem
poſtea Bellianæ, de qua ſuo loco dicemus, farraginis maxima ex parte auctorem
& Serveti, Caſtellionis, Ochini denique furoribus faviſſe compertum eſt, extante
ius in illud illuſtre primum caput Joannis commentario, in quo facile omnium qui
illum locum longe diviniſſimum corruperunt, hæreticorum impietatem ſuperavit.
...c excepit annus nempe quinquageſimus ſupra ſeſquimilleſimum, ſatis quod ad Ec- M. D. L.
...rtinet tranquillus fuit: eoque decretum eſt ut Miniſtri non tantum in concionibus,
...gligebant, alii non magno cum fructu audiebant, ſed etiam ſigillatim per domos
...certo anni tempore adhibito cujuſque regionis urbis Decurione, itemque Pres-
...bem inſtituerent, & ab unoquoque fidei rationem ſummatim expoſcerent: qua
...dibile eſt, quantus ſit fructus conſequutus. Alterum decretum, ut in proximum
...etur Natalium D. celebratio, nec ulli alii feſti dies eſſent præter ſeptimum
fer..., quem Dominicum vocamus, factum plurimos offendit, adeo quidem ut non de-
qui dies ipſos Dominicos à Calvino ſublatos confingerent, ut eum in invidiam vo-
quum tamen non modo non poſtulante, ſed etiam ignorante Miniſtrorum collegio,
...a de re apud populum, decretumque fuiſſe conſtaret, cujus tamen cauſa litem non
...vendam Calvinus exiſtimavit. Offendiculum autem inde à nonnullis acceptum Cal-
...buit libelli de Scandalis ſcribendi occaſionem, Laurentio Normendio integerrimo
...amico inſcripti. Hujus autem biennii tranquillitatem diſſidia ſequentis quinqua- M. D. LI.
...ni, nempe ſupra ſeſquimilleſimum facile compenſarunt. Nam præterquam quod
...iæ, ac Calvino nominatim luctuoſus fuit Buceri morte, quem virum ſumme di-
...nque Joach. Vadiani Conſulis Sangallenſis viri ſingulari tum pietate tum erudi-
...iti interitu, efferbuit factioſorum improbitas eo ardentius, quo diutius ſopita de-
...adeo ut palam negarent cum adventantibus exulibus jus Civitatis communican-
...t eo contenti, Calvinum ipſum ex concione trans Rhodanum habita redeuntem
...brium pulſarint, & Raymundum ejus Collegam, nocte forte pontem Rhodani
...tem, exempta furtim ſublica pene in ſubjectum fluvium præcipitarint: denique
...). Gervaſii templo tumultum non parvum eo prætextu excitarint, quod Miniſter
...d Baptiſmum oblato indere Balthaſaris nomen (quoniam id diſerte leges ſcriptæ ob
...ſam prohibebant) recuſaret. Neque tum adverſus hæc mala quicquam erat quod
...pponeret, præter fortem invictamque patientiam. Sed & aliud novum malum
...in Eccleſiam per id tempus invaſit. Dedit autem occaſionem Hieronymus qui-
...us ex Carmilitarum ſocietate Lutetiæ monachus, qui quum aliquot ante annos
...dem abjecta, ſed monachiſmo retento profugiſſet, idem etiam decepta Ferra-
...à ab ea pulſus, ac tandem triduo medicus factus Genevam venerat: ubi quum
...s Medicos nullo loco eſſet, ut ſeſe Theologum eſſe oſtenderet, falſum & abſur-
...am de prædeſtinatione inter aliquos, ac tandem etiam in congregationis cœtu
... Eum Calvinus primum moderata reprehenſione contentus refutaverat, deinde
...um docere meliora fuerat conatus. At ille ſive ambitione monaſtica percitus, ſive
...ioſis, jampridem quærentibus per quem Calvinum laceſſerent, incitatus, palam
... ipſo congregationis cœtu XVI. Octob. quum ille Joannis locus explicaretur, *Qui*
..., *verba Dei audit, & quia non auditis, ex Deo non eſtis*, liberum arbitrium & *Joan. 8. verſ. 47.*
...ævisionem ad æternæ prædeſtinationis decretum, cauſis omnibus etiam ordine
...vertendum, adjectis etiam in veram doctrinam contumeliis, faſtuque mere ſedi-
...tre: idque eo ut exiſtimatur audacius, quod forte Calvinum ſuo loco non ſeden-
...ederet. Et aberat quidem ille initio. Sed eo ſermonem ingreſſo ſuperveniens,
...nnullos ſeſe continuerat. Finita monachi oratione, Calvinus repente appa-
...vis plane nihil antea tale meditatus, tum certe ſi unquam alias qui vir eſſet, oſten-
...lem illum tot verbi divini teſtimoniis, tot Auguſtini præſertim locis, tot denique
...avibus argumentis confutavit, perculit, obruit, ut omnes præter ipſummet per-
...tis monachum, ipſius vehementer puderet. Aderat in ipſo audientium cœtu
... Prætoris unus, quorum in urbe jus prehenſionis eſt. Is illum dimiſſo cœtu tan-
...ioſum in cuſtodiam tradit. Quid plura? Cauſa multis diſputationibus agitata,
...elveticarum etiam Eccleſiarum ſententiam percontatus, illum tum ut ſeditioſum,
...e Pelagianum XXIII. Decemb. publice damnatum urbe expulit, fuſtuariam pœ-
...us, ſi vel in urbe vel in urbis territorio eſſet deprehenſus. Ipſe poſtea in vicinum
oppidum

s
e
for
eſtio
præc
eriſque
icitudo fu
omnium
anam Relig
uci recuſare
ultis adhuc
II. ut palam
eligionis ac
quod per ex
um omnium
us iſtud Do
uod ea quæ
ſtruerent pr
i eventus d
vocatos,
XXVII, ut
cleſia appar
s dedit, qu
, & ex qu
Sophiſtam
m ejecit.
m: Satanæ
tudinis imp
at: ab

13

LANDESBIBLIOTHEK IN KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg